

tur diligentius Historia Romana. §. 30. 31. 32. 33. Denique cum ad Breviarium Controversiarum, seu Curriculum Polemicum perventum erit, legatur Historia Juris interna seu Leges Variarum Rerumpublicarum §. 28. Historia Ecclesiastica Regiminis §. 37. Historia rerum Germanicarum & mediæ ævi §. 38. Ita singula singulis accuratè correspondebunt.

§. 93. Nunc age ad ipsa Curricula Studii Juris progrediamur. *Curriculum Elementare* continet *Historiam Juris rudem, Terminos usitatiores, & Præcepta Elementaria*. Diximusque supra §. 68. optandum, ut pueri qui Jurisprudentiæ destinantur prima Latinitatis rudimenta discant ex libris Juridicis, v. g. Institutionibus Justinianæis, tit. de Origine Juris, Verborum significatione & Regulis Juris. Sed cum hoc vulgò non fiat, de ordinariis saltem dicamus. Diximus enim *Parte generali* §. 42. ab Anno 12mo usque ad 18vum primario ex-